

•eb i noqmi idic a s o b r e a l

§. 1.

Non satis accurate depingunt panes facierum, qvid illos quadratos faciunt, siqvidem longitudo panum erat palmorum decem, latitudo palmorum quinque, ceu legitur in Mischna de muneribus c. XI. §. 5. Et in Simeonis Jalkuth, edit. Cracoviens. in fol. T. I. fol. 100. col. 3.

§. 2.

Flexuræ illæ erant altæ 7. digitos, & duæ erant in quoilibet pane juxta Mischnam jam citatam c. XI. quas flexuras delineat Jehuda Leonis in *Planta de la Situacion del tabernaculo* ex quibus alii hanc imaginem fecerunt suam. Non autem erant acuminatae, sed planæ (quia nec cornua altaris erant acuminata) ad palmi latitudinem Vid. Jam Tobb. I.c. f. 44. p. 2. f.

§. 3.

Perferam autem flexuræ illæ ab aliis omittuntur, qui panum tantum longitudinem & latitudinem effigiant, altitudinem omittunt, cum tamen juxta altitudinem in primis vocarentur panes facierum sive laterum, docentibus Hebreis, latus autem sive facies continebat palmi latitudinem.

## THESIS VI.

**Lamina aurea fronti sacerdotis summi applicabantur, non autem tiara**